



Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De
Contractibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDCCXXXIII.

VD18 90392159

Cap. IX. De Cambio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40993

Sive extra pro libito. Quid enim ad dantem attinet quos in usus alios impendat, modo fors ipsi cum lucro certo restituatur? Unde obligatio imposta socio pecuniam datam non impendendi, nisi in negotiationem est major onus additum, quod ad nihil aliud sibi quam pro pallio usurario prodest.

CAPUT IX.

De Cambio.

Q. 1. **Q**uid & quotuplex est?

Reip. **C**ambium est permutatio pecunie pro pecunia cum lucro. Hinc differt 1. A quavis alia permutatione, qua non pecunia, sed aliae res permuntantur. 2. A mutuo, quod non est permutatio, quodque perficitur sola rei mutuata traditione, & essentialiter exigit, ut res alia similis non reddatur, nisi post lapsum temporis. At cambium non perficitur nisi pecunia sit ex utraque parte data & accepta, saltem aequivalenter: permutatio enim omnis utrumque dationem requirit.

Cambium duplex distinguitur, scilicet reale, & siccum. Reale seu verum est vera pecuniarum permutatio, & qualitate inter datum & acceptum servata. Siccum est cambium fictum, & verum mutuum specioso nomine cambii velatum, ut cum habetur sola ratio temporis ad lucrum exigendum, aut quando fингitus

tingitur solutio alibi facienda, & sit in eodem loco cum lucro. Dicitur siccum, quia caret humore, seu justo titulo ad lucrum parendum. Unde à Pio V. Bulla *In eam omne cambium siccum declaratur usurarium.* Hinc patet lucrum ex eo perceptum, esse injustum & restituendum.

Cambium reale dividitur in manuale & locale. Manuale seu minutum, est permutatio monetæ diversæ speciei, & rationis, ut aureæ cum argentea, minoris cum majore, patriæ cum externa, &c. & vicissim. Locale, seu per litteras est permutatio pecuniae præsentis cum absente, ut si des hīc, Titio pecuniam & Titius tradat tibi litteras cambiū quarum operæ sandem summam recipias Romæ.

Q. 2. An in Cambio reali licitum est lucrum?

Resp. Aff. Modò sit moderatum, & secundum leges aut consuetudinem locorum, vel communem peritorum estimationem: nam tale lucrum in cambio manuali percipitur non solum ratione lucri cessantis, aut damni emergentis ex cambio, sed etiam ratione laboris & operæ in conquirendis, coacervandis, custodiendis variis speciebus monetarum, & in numeranda pecunia, &c. in Cambio verò locali ratione trajectoris realis vel virtualis pecuniae de loco in locum, cui trajectio faciendæ campsor operam suam locat, suscepto in se omni labore, & periculo: quæ quidem opera,

Tom. II.

N.n

labor,

**labor, & periculum in gratiam alterius suscep-
pta, sunt pretio æstimabilia.**

Nec obstat, quod interdum campsor id fa-
ciat sine labore & incommodo, imo cum suo
commodo: nam hoc est per accidens, &
provenit ex ejus cura, industria, & officio, pro
quo sustinendo multæ aliunde impensa, &
operæ præstandæ sunt; cum reipsa suscipiat
obligationem ex se laboriosam, & pericu-
losam.

**Q. 3. An licitum est Cambium ad terminum solu-
tionis, seu, ut ajunt, ad nundinas? Sic fit, Campsor
vel mercator dat hic pecuniam ea lege, ut illam
cum lucro recipiat Francofurti, vel alibi ad pro-
ximas nundinas: ita ut plus vel minus ex-
igatur pro cambio, quo magis vel
minus remote sunt nun-
dine.**

**Resp. Secluso alio titulo justo excusante ab
usura, cambium hoc est usurarium: nam est
verum mutuum, ratione cuius lucrum exigi-
tur: nihil enim aliud est quam contractus,
quo traditur pecunia ut reddatur cum lucro
antra terminum. Seu in quo exigitur ali-
quid ob dilatam solutionem.**

CA.